Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



facta duodecimmilia
drachmas argenti mi
sit ir limam offerri ea ibi
pro peccatis mortuorum; iuste
et religiose de resurre
ctione cogitans. Nisi enim
eos qui ceciderant resur
recturos speraret; super
fluum videretur et uanum
orare pro mortuis. Sed quia
considerabat quod hi qui
cum pietate dormitionem
acceperant; optimam habent
repositam gratiam. Sancta ergo
et salubris est cogitatio
pro defunctis exorare, ut
a peccatis soluantur. Gratia.
Si ambulem in medio um
bre mortis non timebo mala
quoniam tu mecum es domine. Ver. Virga
tua et baculus tuus ipsa me
consolata sunt. tractus.
Sicut cervus desiderat ad
fontes aquarum ita desiderat
anima mea ad te deus. Ver. Sitiuit
anima mea ad deum uiuum quando
ueniam et apparebo ante faciem
dei mei. Ver. Fuerunt mihi lacrime
mee panes die ac nocte dum

dicitur mihi per singulos dies
ubi est deus tuus. iohannem.
In illo tempore dixit martha
ad ihesum Domine, si fuisses
hic: frater meus non fuisset
mortuus. Sed et nunc
scio quia quecumque popo
sceris a deo dabit tibi deus.
Dicit ei ihesus. Resurget
frater tuus. Dicit ei martha.
Scio quia resurget in resur
rectione: in nouissimo die.
Dicit ei ihesus. Ego sum re
surrectio et uita. Qui
credit in me; etiamsi
mortuus fuerit uiuet.
Et omnis qui uiuit et
credit in me; non mo
rietur in eternum. Credis
hoc? Ait illi. Utique domine.
Ego credidi quia tu es
xpus filius dei uiui, qui
in hunc mundum uenisti.
Domine ihesu xpe rex glorie. offertorium
libera animas omnium fidelium
defunctorum de manu inferni
et de profundo lacu libera eas
de ore leonis ne absorbeat
eas tartarus ne cadant in